

inf 1
25.

D. D. s:2

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS
De
FEBRE CATAR-
RH ALI
HORUM ANNORUM
EPIDEMICA,

Qvam
Ex suffragio Amplissima Facultatis Medicae
in Regia Academia Aboensi,
PRO SUMMIS IN MEDICINA HONORIBUS
RITE OBTINENDIS.
Ad publicum eruditorum examen modeste defere

OMNIA VINCITOR
JOHANNES EKELUND

Med. Lic.

RESPONDENTES

SALOMONE HANNELIO,

Ostrob.

In Audit. max. die 14. Julii Ann. MDCCXLII.
Horis ante & post meridiem solitis.

ABOIE, exc. Joh. Kiæmpe, Reg. Ac. Typ.

Michael Jensenhaus.

1931:445-

S:æ R:æ M:tis

Regniue. Svecici.

Summæ. Fidei. VIRO.

Illustrissimo. Et. Excellentissimo.

Heroi. Ac. Domino.

BAR: O L A V O.
CEDERSTRÖM.

Regis. Regnique. Senatori.

Et.

Academiz. Aboënsis. Cancellario.

MÆCENATI SUMMO.

MDCCXLVII
Hocis sive ex bello meritis locutio-

• 1714. 29. 9. 1714. 19. 1714. 1714.

*Q*UÆM.

Publico. Orbis. Bono.

Fovendisqve. Litteris. Et. Litteratis.
Svecia.

Edidit. Eduxit. Extulit.

*Q*UÆM.

Parnassus. Aboënsis.

Apollinem.

Sentit. Suspicit. Colit.

*Q*UÆM.

Hæc. Ætas. Loqvitur.

Loqvetur. Omnis.

Qvamdiu. Orbis. Et. Erudit. Erunt.

*C*UIJUS. Virtutes.

Famamqve. Immortalem.

*N*e. Ipsi. Quidem. Fama.

Satis. Expresserit.

In. *Q*VO. Laudando. Musæ. *E*JUS. Deficiunt.

*H*UIC.

Machaoniæ. Artis. Primitias.

Sacras. Esse. Jubet.

Devotissima. Mente. Manuqve.

*I*LLUSTRISSIMI. *A*T^QVE. *E*XCELENTISSIMI.

*N*OMINIS. *T*UI.

*c*liens *s*ub*c*ett*i*ssim*u*s


JOHANNES EKELUND.

Nobilissimo atque Experientissimo VIRO,
**D. HERMANNO DIE-
TERICO SPÖRING,**
Medicinae Doctori & Professori Celeberrimo, So-
ciet. Scient. & Lit. Svec. Membro dignissimo.
MÄCENATI MAGNO.

Xigas has pagellas, omni prorsus nitore defittas, cas-
tam potius, quam TIBI, VIR NOBILISSIME atque
EXPERIENTISSIME, inscriberem, non potui reperire. TU
enim Aesculapius meus, cuius fano baco artis salutaris ta-
bula unice debetur. TUI musas meas clientas TIBI domesti-
casque reddidisti, & mentem meam inclytæ virtutis aesti-
matricem, consilio, informatione, paternoque affectu, fecisti
miraricem TUIÆ. Accipe ergo gratiose animo munusculum,
quod TUIUM est, meque, ut bactenus fui, ita in poste-
rum esse atque dici TUIUM patiaris. TUIUM, gratia, fa-
vore, patrocnio TUIO. TUIUM, obsequio, fidelitate & ve-
neratione mea. Ego, donec fatales exptero dies, pro per-
petuo flixe TUIO. Nobilissimæque Familiæ vota fundere
non intermittam. Aeternum permansurus

NOBILISSIMI atque CELEBERRIMI
NOMINIS TUI

JOHANNES EKELUND. *cultor humillimus*



L. N. 3.

Promisimus eqvidem in priori nostro spe-
cimine, cum uberiorem Kuppisensis, tum
reliquorum in Magno hoc Ducatu Fin-
landiae fontium soteriorum descriptionem. Ast,
ne mireris, H. L. qvod exspectationi Quæ non
satisfactum jam videas. Supponit enim data fi-
des exactum fidumque singulorum examen: sup-
ponit iidem plurimum, præter hactenus nobis
notas cognitasque, aquarum medicatarum inve-
stigationem. Vastissimæ autem regionis diffusa
loca peryagare cum adhuc vetet præsens re-
rum status; laborem hunc nostrum, Tua veni-
a, in aliud tempus differre atque reservare co-
gimur.

Quæ vero ex mandato superiorum, publicum
Tuumque H. L. aspectum subeunt pagellæ, fe-
brem describunt catarrhalēm heic loci epidemi-

ce grassantem, qvæ, ut fœtus prolesqve intensi frigoris, quo truculentius læviere proximes præteriorum annorum intervalla brumalia, in lucem prodire cupit. Cumqve Tibi H. L. constet, quantum frigoris vehementia in corpora nostra valeat, transpirationem vacillantem reddendo, qvantaqve inde exsurgant sanitati nostræ incommoda; vides nos etiam hisce, qvibus congruam tutamqve detegimus medelam pro debellando malo, qvod ex impedita transpiratione nullo non tempore apud nos epidemicum fuit, prodesse voluisse.

§. I.

Febris catarrhalis est calor præternaturalis continuus in cortice vel ambitu corporis humani, cum rigiditate nuchæ, ex impedita transpiratione ortus.

Pulsus langvidus & quasi ligatus; lassitudo totius corporis; dolor artuum, membrorum, dorsi, capitis, & imprimis sincipitis, maxime qve ad sinus sic dictos frontales, intra duplicaturam ossis frontis locatos; rubedo oculorum; siccitas oris, faucium & narum; coryza; tussis, haud raro ad sanguinis usqve screatum;

appe-

3

appetitus prostratus; inquietudo; vigiliae; deliria; spasmi & dolores intestinorum; urina colorata; alvus obstipata; symptomata sunt, a majori vel minori succorum intra corpus accumulatum copia, a majori vel minori partium solidarum laxitate &c. dependentia. Quæ omnia, ut in singulis subjectis non simul & semel adiungunt, ita nec morbum præcise constituunt, nec definitionem ingredi queunt.

Ex rubro dissertationis hujus liquet, nos in praesenti de febre catarrhalis, horum annorum, heic scil. loci, epidemica, agere constituisse, quod probe observari volumus, ne cum aliis, a Medicis jam descriptis febribus catarrhalibus, confundatur hæc nostra; nam peculiaris certe est indolis, diversamque ab illis, & hactenus, quantum mihi constat, incognitam, poscit curam, ut ex sequentibus aliquo modo patebit.

§. II.

Calorem, eumque præternaturalem, constanter & perpetuo in hoc morbo adesse, modo innuimus; exigunt itaque bona methodi leges ut in ejus causas inquiramus.

Notum est quam quod notissimum, omne,

4
punctum in ambitu corporis humani esse cri-
briforme & porosum. Qui hiatus, orificia sunt
patula vasorum, quorum basis in centro sere
corporis latet, unde figurâ conicâ ad peripheri-
am pergunt, ubi in apices tandem dehiscunt
innumerous, subtilissimos. Hæc autem orificia
vasorum patula, insignem prorsus ingestorum,
ad stupendam subtilitatem redactam, copiam
quovis momento transmittere, e corpore, uti
superfluam & noxiam, excernere, inque auras
disjicere, docent experimenta sanctoriana alio-
rumque. Hic naturæ actus, transpiratio insensi-
bilis nominari consuevit. Dum vero ex qua-
cunque caussa, materia exhalabilis, quæ salino-
sulphureæ est indolis, intra corpus restibilis fit,
transpirationem laxam esse dicimus & impeditam.

Constat porro sanguinis motum esse & pro-
gressivum & intestinum. Ille est ubi omnis mas-
sa sanguinea, per orbem, totum corpus puta,
volvitur & in gyrum quasi fertur. Hic ubi
particulæ sanguinis, tam homogeneæ, quam
heterogeneæ, inter se, sub motu progressivo
moventur. Ex hoc dupli sanguinis motu o-
mnis provenit calor naturalis. Impedita autem
tran-

5

transpiratione crescit & augetur calor naturalis,
inque calorem *præternaturalem* degenerat. Suffla-
minata enim & prohibita transpiratione, ne-
cessit restiteret intra corpus materia exhalabilis,
qvo simul augetur quantitas particularum san-
gvinearum heterogenearum, qvæ deinceps cum
homogeneis, motum intestinum majorem, & in-
de attritum fortiorem (agunt scil. fluida in soli-
da & hæc vicissim in illa) unde tandem ca-
lorem vehementiorem, qvem *præternaturalem*
febre vocamus, excitant.

§. III.

EX hisce modo allatis constare jam existi-
mamus, qva ratione calor *præternaturalis*
in præsenti morbo oriatur. Cur autem in cor-
tice tantum & ambitu corporis constanter sentia-
tur, nec profundius serpat, non aliam subesse no-
vimus cauſam, qvam motum sanguinis progressi-
vum, e centro scil. ad peripheriam, pressione a ter-
go & resistentiam in epidermide, unde aliter eveni-
re non potest, qvam particularum intra cutem re-
staurantium continuus fit attritus, & inde calor
in ambitu solo. Sicubi vero itas in vel meta-
stasis fecerit materia acris exhalabilis, ex-

gr

gr. in naribus, faucium peristromate &c. *cata-*
rbi nomine venit. Ut adeo ex dictis jam appa-
 reat quid sibi velit febris catarrhalis horum anno-
 rum epidemica.

§. IV.

IMpedunt autem & penitus tollunt ac subver-
 tunt transpirationem, *frigus*, *quiete nimia* &
ingesta transpirationi minus faventia.

Frigus omnia corpora condensare inque minus
 cogere spatum, pro dato jam accipere licet.
 Hinc etiam corticem corporis humani constrin-
 gendo, orificia, transpirationi dicata, claudit.

Quietem nimiam, cohibere vel saltum segni-
 rem reddere transpirationem, imprimis si lau-
 tior accesserit diæta, testantur fœminæ, literati
 &c. omnesque qui vitam agunt sedentariam &
 laboribus expertem. Hoc enim vivendi modo
 accumulantur nimis quantum intra corpus hu-
 mores, ita ut tonus solidorum gravissime læpe-
 latur atque labefactetur: unde fluida segni-
 us atque langvidius in circulum aguntur, in-
 crassantur & transpirationi ineptissima redduntur.
 Hinc etiam peti debet ratio, cur corpora ejus-
 modi plethorica & quæ laxioris sunt constitutio-
 nis,

nis, levissimo licet frigori exposita, ad statas
& metastatas qvasvis serolas excipiendas, para-
ta qvasi sint & præparata, omniumque facil-
lime in morbos incurvant catarrhales. Qyan-
tum vero robur, motus partibus solidis con-
ciliat addatqve, & quantum in attenu-
andis fluidis valeat, eadem transpirationi apta
reddendo, testantur omnes, qui corpus labore
exercent: qviqve gelidissimo sub cœlo, non tan-
tum calorem naturalem & transpirationem illiba-
tam, solo motu, conservant; sed corpus etiam
ad exæstuationem usqve & sudorem exagitant.
Homo edens, inquit Hippocrates Lib I. De Diæ-
ta, sanus esse non potest, nisi etiam laboret. Con-
trarias enim inter se vires habent cibi & labo-
res; verum inter se mixti conferunt ad sanitas-
tern. Labores enim ea, quæ insunt, consumere
solent. Oportet autem mensuram & proporcio-
nem cognoscere laborum ad multitudinem ciborum
& hominis naturam, & corporum staturas, ac
statas, & ad tempora anni, & mutationes ven-
torum &c.

Lædunt tandem vel minus promovent trans-
pirationem. Ingesta qvævis acida, duriora, cras-
siora

shora &c. sufficienti potu non diluta. Incrementant enim hæc & spissum, densum ac coagulatum quasi efficiunt sanguinem, ut ineptus evadat ad permeandum vasa corporis minima; adeoq; conservandæ transpirationi, sanitatis nostræ fulcro optimo, minime satisfaciunt.

§. V.

Rigiditatem nuchæ, aliis majori gradu, minori aliis evenire, morbumque constanter concomitari, experimur. Hujus incommodi rationem facili opera reddere atque explicare quemvis posse crediderim, qui attenderit ad humorum intra corpus circuitum, quorum duas tertias partes ad superiora propelluntur; qui ad partes nuchæ vicinas glandulosas, nerveas, muscularas, easque numerosissimas, exhalante parte subtiliori aquo-mucosa, animum adyerterit; quique tandem consideraverit nucham, collum, aures & maxillas, vestibus non probe satis muniri atque tegi, & quid in hisce omnibus valeat frigus.

§. VI.

ERutis jam perspectisq; caussis, quæ morbum hunc nostrum epidemicum inducunt;

pro-

proximum est ut videamus, quibus remedii facilius proficiat. Observant evidenter omnes, caloris praeternaturalis presentiam; hinc tutissime veneficationes institui debere existimant nonnulli, inque auxilium vocant nitrofa, antispasmodica, acida, & ejusdem generis plura, quae ceteroquin sanguinis orgasmum & astutum febrilem efficaciter mitigant atque compescunt. Ast, hi ipsi nihil efficiunt aliud, quam detrahendo per venam fecatam, partem sanguinis rubram, quae hoc in casu minime est peccans, ægros debilitant, & per medicamenta, modo nominata, illegitime administrata, materiam peccantem augent. Per experientiam etenim constat, nitrofa quævis & acida tere singula sanguinis partem rubram incidere, attenuare & fluidiorem reddere, quo simul etiam necesse est incrementum capiat pars serosa, quæ hoc in morbo, ob denegatum ipsi exitum, magis magisque peccans evadit. Hinc cum stupore animadvertunt, per refringerantia & incidentia cuncta, quorum laus alias certe eximia est, caloris & morbi velamentiam increscere. Hujus vero effectus causam cum proflus igno-

B

ren-

rent; varia propinant, qvibus ægroti, aut diutissime detinentur, aut miserime tandem succumbunt.

Alii aliam ingressi viam, hanc nostram, cum febribus aliis catarrhalibus confundant, calorem itidem adesse observantes, bezoardica & diaphoretica fortiora, sub forma mixtuarum, vario-
que alio modo concinnata, largiori manu porrigitur. Sed utut hi, diaphoresin & resolutionem morbi per sudorem, intendant; even-
tus nihilominus sinistros ac funestos, & expe-
ctationi minime respondentes, inde experiri co-
guntur. Nam ex datis hisce pharmacis, non
solum siccitatem oris & narium, ardorem
faucium usqve in stomachum, sitimque fere in-
extingvibilem excitari; verum etiam deliria,
exanthemata & mortem accelerari, ipsa co-
rum testatur ignorantia. Evictum enim est,
medicamenta non agere secundum activitatem
suam, sed secundum receptivitatem.

Ubi autem langvidus est tonus & robur de-
ficit solidorum, imprimis vero si refrigerantibus
&c. magis destruitur; inertia manent pharmas-
ca fixioris naturæ & difficilioris solutionis,
dicta-

11

dictaque symptomata, tantum non omnia, producunt. Porro, ubi motus peristalticus aliquo modo vigeret, & robur primarum viarum non penitus est dejectum, urgent medicamenta ista, cito nimis propinata, materiam crudam pescantem, & vi quasi protrudant, ad extrema corporis; unde exanthemata &c. Horum autem phœnomenorum rationes fusim reddere, hujus quidem esset loci; verum, cum brevitati studeamus, eas, si cui placuerit, coram proferimus. Verbo tantum monemus, morbum hunc nostrum, ut alii serosi, per lenem diapnoen, neutiquam diaphoresin vel sudorem, eradicari debere. Per diapnoen transpirationem intensibilem in ordinem redigi posse, omnibus constat; quod item per diaphoresin non obtinetur. Per diaphoresin naturam cogi & diapnoen sufflaminari, notissimum est; non item per diapnoen. Porro notari meretur, bezoardica mitissima, quæ cæteroquin diapnoen placide promovent, etiam minima in dosi assumta, non solum morbum hunc epidemice gravantem, non levare, sed, modo recensitis symptomatis, in scenam prodire.

Pessime denique agunt, qui symptomata ab

ipso morbo distinguere nesciunt; ex. gr. ubi psalmi & dolores, intestina excruciant; calidiora carminativa, & ejusmodi plura, sub initio statim morbi, prescribunt, quo materiam adhuc incoccam & immobilem, nimis quantum movent, unde non potest non morbus exacerbari & mala in pejus ruere.

§. VII.

Quam vero nos, heic loci, ex inventione CEBERR. D. D. & PROF. SPRING, instituimus curam, ita se habet. Aquam fontanam, puram, ad primum ebullitionis gradum incalescere sinimus, cui, ab igne statim remotæ, farinam secalinam, quantum fieri potest, misceri curamus. Hoc deinceps magna pulcherrime, linteis duplicatis involutum, nuchæ atque occipiti calide applicamus. Quid conficitur, ut, non solum nervi per nucham decurrentes & partes vicinæ emollientur, corpusque, interdum totum, madore sensim & successive diffundatur; verum etiam, quod mitigationem adstantium sæpe subivit, deliria, hoc simplicissimo remedio cessare haud raro videamus. Si alius adstricta est & officii immemor eodem

13

codem epithemate regionem umbecilicalem te-
mentare jubemus; unde excrementa exitui di-
eata parataqve, sponte protruduntur & foras
exturbantur. Si calor nimis urget, & cutis a-
rida est & aspera; aqua tepida, nitro vigorata,
ægrotos lavare iuvadmus. *Succinum* tandem
rite præparatum, qvod in hoc morbo certe
specificum est & omne absolvit curationis pun-
ctum, ad grana XV. scrupulum & ultra, pro
ratione circumstantiarum & individui, cum
sufficienti vehiculo & pulvere florum chamomil-
æ, propinamus. Ad *axeijotav* chemicam si re-
vocaveris *succinum*, reperies illud oleo
subtili atqve iuavi copiosissime turgere,
qvo cum succis corporis menstrualibus amicissi-
mum init connubium dissolviturqve: virtutem
autem exerit balsamicam ac tonico roborantem:
unde non potest non naturæ, hoc præprimis
in casu ubi blando eger stimulo, maxime esse
conveniens. Et, ut omnia olea subtiliora
balsamica, animando fibras motrices, motum au-
gent solidorum, caloremqve excitant lenem,
qro e centro ad peripheriam vergunt, atqve sen-
sum attenuantur, facci ac humores regurgitantes,

lcm.

lenti; ita etiam succinum, eodem operandi me-
 do, resalcitandæ transpirationi maximopere
 favet, atque per universale illud corporis e-
 munctorium, corticem cribrosam, noxia quævis,
 superflua & restitantia, lenissime evocat. Sub
 totius vero morbi decursu, infusa Theiformia,
 moderato sub caloris regimine, tepida sorbil-
 landa præscribitur, quæ utique pro diluendi,
 acria involvendi & per congrua denique emun-
 ctoria eliminandi scopo inserviunt. Diætam
 commendamus tenuem ac diluentem; cui fini
 maxime accommodata sunt, juscule carnium &
 gallinacea; interdum etiam lacticinia, si ven-
 triculus fert. In ordinem, simplici hac via at-
 que methodo, redacta transpiratione insensibili,
 sensim per debita emunctoria exitum molitur ca-
 tarrhus, sicuti stasin vel metastasin fecit se-
 rum, sponteqve evanescit morbus cum sympto-
 matibus. Qui enim tollit caussam morbi, tollit
 & ipsum morbum. Pro roborando intestino-
 rem tono atque erigendo appetitu, in nonnul-
 lis graviter prostrato, nec non conservanda
 transpiratione, Elixir viscerale, ad mentem
CELEBERRIMI DR. D. & P. SPRINGER

compositum, quod cum illi Hoffmanni in multis convenit, in declinatione morbi, summo cuius sanitatis emolumento, adhibetur.

§. VIII.

Signa sequentia, crisi faciem esse indigitant & restitutionem promittunt. Si cutis, ante arida, sicca & aspera, madida & lenis evadit; certum est indicium transpirationem rite tum procedere. Si caput, absque ullo dolore nucha, libere circumrotari potest, influxum fluidi nervi, & circuitum humorum in partibus vicinis, non amplius esse denegatum vel impeditum, constat. Si urina, copiosum deponit sedimentum, album sape & mucidum; in propatulo est naturam, per laticem urinosum, insignem exturbare materiae peccantis copiam. Si fauces, pulmones per tussim, & imprimis nares, copiosam fundunt materiam mucosam, appetet, stasin vel metastasis in his partibus adfuisse, argotum vero brevi evasurum.

§. IX.

Ex hisce omnibus sic disputatis inque medium prolati, apertissime constat, morbum hunc peculiaris esse indolis, primo in eo, quod calor semper observetur in ambitu corporis.

15

ris, saepe cum ardore cutis & astu febrili, abs
que ulla pulsus sensibili vehementia. Deinde ins
eo, quod nullus, ut aliæ ejusdem farinæ febres, ad
mittat bezoardica diapnoica lenissima, omni
licet circumspetione, minima in dosi & suf
ficientissimo cum vehiculo, administrata atque
adhibita; sed specialem & ab iis diverlam,
quamq[ue] modo deteximus, postulet curam.
Non quidem inficias ire licet, hanc,
quæ hujas loci jam epidemica est, atque ac
alias febres ferolas ac catarrhales, per diapnoen
resolvi debere; verum media, uti superius dis
tum est, qvibus diapnoës alias obtinetur, in
hac, locum non inveniunt.

Desideras H. L. Observationes cum earum epi
rifib[us], idque jure meritoque; verum easdem sub
jungere in hoc temporis articulo non datur.

Tantum,

